

stini ferebat, in durata à flatu versus hanc angustiam magna cum violentia pellantur; accidit ut non nisi summo cum dolore permeare possint. Hæc ille. 4. Lud. Mercati, (d) qui vel finem intestini hujus, quâ parte recto adhæret, aliquando coli causam occupare docet & obtestatur.

(a) alleg. loc. cap. 16. (b) consult. Medic. 34. p. m. 22.  
(c) cent. 1. obs. 58. & 71. (d) libr. 3. d. intern. morb. curaz. cap. 15.

V.

Ratio; 1. quia colon intestinum æquè positum est in sinistra ac dextra in parte, ut possit ad eò & sinistra in parte dextraq; oriri & succitari dolor, ut rectè infert *Mercurialis*. (a) 2. Præterea cùm media coli pars cum extrema an fractuosa sit & obliquos admodum gyros habeat, quibus in feces flatusq; facilè remorentur, imò feces remorari debeant, ne citra ullam præcedaneam gradationem feces simul descendant vel potiùs prorumpant, ad evitandam violentiam, naturæ undiq; inimicam, (b) ut etiam cùm colatorii modo se habeat, à colando spurio deductum sit *Galeno*: quid impediatur, quò minus mali hujus fiat irruptio, feces quando coli vel in media, vel mediam propius consequente extrema vé hæreant parte atq; sede, haud equidem videmus. 3. Imò cùm colica intemperiem quoq; sequatur, ut apud *Galenum* (c) est, & nos quoq; infra commonstrabimus, dolorem nostrum in sinistra ejusq; etiam extrema parte æquè oriri posse ac in dextra, per consensum nim. ex communicata v. g. vesicæ inflammatione, non certè citra omnem dictum fore rationem crediderimus, etiam secundum *Avicennam* (d) quando ait: *Cause colicæ aut cadunt propriè in colom, aut cadunt in aliis & perveniunt ad ipsum secundum semitam communitatis*: cùm vid. intemperies ista vel angustiam pariendo

A 3

feci-